



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

9 Februarij. 5 Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

fecit nisi unus; beatus vir tamen, cui non imputavit Dominus peccatum. Omne, quod ipse mihi non impuare decreverit, fit, quasi non fuerit.



9 Februarij. 5 Idus.

S GILBERTE, qui sanctimonie se-
mina à magno Magistro BER-
NARDO accepta, in Angliam tuam
transportans, ad tam uberes fructus
produxisti: ut humanæ sortis commu-
nes metas transgressus, proximè ad
Angelicam vivendi normam accesseris.
Præter herbas enim, easque vix nisi
insulas, nullum aliud ciborum genus
admittebas. Ut corpus se ad laborem,
non ad quietem natum agnosceret;
illud continua gestatione cilicij ad-
monebas vigilantia; quam ab eo etiam
nocturnæ quietis tempore exigebas;
solitus noctes totas precando consumere:
aut si aliud imperasset legis impatiens
naturæ necessitas, stando, sedendove
somnia libare potiùs, ac pati, quàm
capere. Morbis interea, ventis, & igni
pro arbitrato leges dicebas: at non
persecutionum procellis, in te non
semel cum impetu irruentibus

Obijt

anno

1190.

Admi-

rabilis

potiùs

quàm

imitabi-

lis vitæ

rigor.

*Adver
sitatū
toleran
tia.*

bus. Sed eas instar carbasorum amplo patientiæ sinu excipiebas; non ut navim magnanimæ mentis everterent; sed ipsa agitatione altiùs in via perfectionis proveherent. Tandem ætate ultra centum annos producta, modo lampadis, oleo deficiente, expirantis, vivere desijisti: Instituti tui æmulatoribus plusquàm septingentis, & de altero sexu non minus mille, sub Gilbertinorum appellatione relictis. *Utinam de ardente fervore tuo flammam vel modicam conciperet animus meus, quæ meam in prosequendo perfectionis itinere desiderium excitaret! Ecce! aptam amori tuo, quo omnes juvabas, materiam. Trado tibi cor meum: tu illud in eam formam transfunde, quam scis Deo quammaximè placere.*

*Ordo
Gilber
tinorū.*

*Fervor
in via
perfe-
ctionis.*

*Passi
anno
1417.*

*Hostes
animæ.*

Sancti Martyres, qui in cœnobio CELLÆ MARIÆ in Germania ab Hussitis in odium Religionis atrociter manibus pedibusque truncati, victoriosas animas, inter acerbissimos dolores transmisistis in cœlum. *Induite me invicto robore vestro; ut sicut vos de Fidei hostibus triumphastis; ita ego de salutis meæ inimicis, mundo, carne, & demone; tot numerem victorias, quot illi pugnascient. Docete me in illos stringere fortissima penitentia arma: eodem ictu illos stravero, quo ego penitentia victima cadam.*

S. BER-

S. BERNARDUS, ser. 5. de divers.

Ecce! quid loquitur Deus? Agite, inquit, pœnitentiã. Et dissimulant multi, & continent aures suas, & dicunt: Durus est hic sermo. Non sic, impij, non sic dissimulare poteritis; cùm sonabit asperum illud verbum, & auditio mala: Ite maledicti in ignem æternum.

Pœnitentia non est dissimulanda.

(☉)(☉)(☉)(☉)S(☉)(☉)(☉)

10 Februarij. 4 Idus.

S. GUILIELME, nobile triumpho-
rum BERNARDI, Libertatis Ec-
clesiasticæ Vindicis, trophæum: qui
postquam te Ducem Aquitania, non
tam præfecturæ quàm scelerum potentia
eminentem aspexit; & in schismate
Petri Antipapæ Ecclesia persecutorem,
diu ad omnia monita obstinatum: tan-
dem melliflua Apis nostra, ipso DEO
armata, tam valido ictu superbiam
tuam prostravit; ut tuo casu totam A-
quitaniam ad Innocentij Pontificis
venerationem erexeris. Exinde spreta
mundi vanitate, varias peregrinatio-
nes ad Limina Apostolorum ac Palæ-
stinam suscepisti. Atque ut antea

Conver-
sus an-
no
1135.

E 7

vitæ